

Concordancia primi: *Melius est nomen bonum quam ungenta preciosa*, Eccl. 7, 2. *Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius*, in Ps. [115, 15]. De 2^o in Ps. [118, 109]: *Anima mea in manibus meis semper*. Item 3 Rg. 19, 4: *Tolle animam meam*. De 3^o Ps. 122, 1: *Ad te levavi oculos meos et cetera*. Item Ir. 9, 1: *Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum?*

Dixi primo quod in themate ostenditur gratum armarium et cetera, quia dicitur: *preciosa*. Unde Eccli. 50, 10: *Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso*. Revera etenim principis nostri anima fuit *preciosa* dum viveret, quod patet

ab alta presidencia	auguste dignitatis,
a clara sapientia	cum donis celo datis,
a lege et iusticia	cum forma equitatis,
a ritu et clemencia	ex more pietatis.

Ista patent in alia parte, et probandum aliter²⁾. Quapropter opto principi nostro pro virtutibus antedictis quadruplicem coronam; reposco autem a deo, ut sit redimitus

corona inclita	valde graciosa,
corona gemmea	fulva radiosa,
corona celica	felici gaudiosa,

— — — — —

De prima Pr. 4, 9: *Dabit tibi dominus augmenta graciarum, et corona inclita proteget te*. De 2^a Ps. 20, 4: *Posuisti, domine, in capite eius coronam de lapide precioso*. De 3^a Eccli. 45, 14: *Corona aurea super caput eius . . . usque opus virtutis*. De 4^a Ia.^m primo, 12: *Beatus vir . . . usque coronam vite*, et de se condigne dicere potest: *Bonum certamen certavi . . . usque corona iusticie* [2 T. 4, 7], et ceteraⁿ.

^{m)} Apo Ms.

ⁿ⁾ Es folgt in der Hs.: 3^o in themate ostenditur triste spectaculum et

cetera in oculis tuis. Unde Os. 13: Consolacio abscondita est.

²⁾ Siehe unten S. 211.